CONSTANTINUS TITULI S. SILVESTRI IN CAPITE

S. R. E. PRESBYTER CARD. PATRIZI

SS. PATRIARCHALIS BASILICÆ LIBERIANÆ ARCHIPRESBYTER

SS̄MI DOMINI NOSTRI PAPAE VICARIUS GENERALIS

ROMANAEQUE CURIAE EJUSQUE DISTRICTUS JUDEX ORDINARIUS ETC.

Universis, et singulis praesentes literas inspecturis fidem facimus, et attestamur, quod Nos ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem recognovimus sacras particulas ex Sepulcro Beatae Virginis Mariae, nec non ex Ossibus S. Annae Matris ejusdem

quas ex authenticis locis extractas, reverenter collocavimus in thecâ deargentatâ ovalis figurae, unico crystallo munita benè clausa, et funiculo serico coloris rubri colligata, ac sigillo nostro signata, easque consignavimus cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, extra Urbem transmittendi, et in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicae Fidelium venerationi exponendi. In quorum fidem has literas testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum Sacrarum Reliquiarum Custodem expediri mandavimus.

Romae ex Ædibus nostris Die XII Mensis Januarii Anni MDCCCXLVIII.

[illegible]

GRATIS

[illegible]